



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||**

**Ignacio <de Loyola>**

**Mogvntiae, 1600**

**VD16 I 56**

De cœna vltima.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45165**

Bethaniã redibat, nemine apud Hierosolymam ipsum excipiente.

*DE COENA VLTIMA.*

*Math. 26. & Ioan. 13.*

**P**rimò ; comedit cum discipulis paschalem agnum, eosque de imminente sua morte præmonuit : ( amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est. )

Secundò: lauit eorum, Iudæ quoque ipsius pedes, Incipiens à Petro : qui ad maiestatem CHRISTI, & indignitatem suam respiciens, sese opponerat. ( Domine tu mihi lauas pedes? ) Ignarus scilicet præberi à Domino exēplum humilitatis, ita postea declarāte : ( Exemplum enim dedi vobis, vt, quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. )

Tertiò: sanctissimum Eucharistię Sacramentum instituit, in signū sum-

H mæ di-

mæ dilectionis, his verbis vtens. (Accipite & comedite, &c.) Expleta autem cœna, Iudas ad vendendum illum egressus est.

*DE MYSTERIIS POST  
cœnam & in horto gestis. Matt.  
26. & Marc. 14.*

**P**rimò: peracta cœna, & hymno dicto, profectus est CHRISTVS ad Oliueti montem cum discipulis suis vndecim, metu plenis: & octo remanere iussit Gethsemani (Sedete hîc, donec vadam illuc, & orem.)

Secundò: ductis secum tribus, Petro, Iacobo, & Ioanne, orauit ter dicēs, (Patet mi, si possibile est, transeat à me calix iste, veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.) Et in agonia existens prolixius orabat.

Terriò: cum eo timoris redigi se passus fuisset, vt diceret (Tristis est anima mea vsque ad mortem.) Et-

iam